

von Weissenbach, Doctor beider Rechte einstimmig zum Bischof erwählt sei, worauf das Capitel den obengenannten M. Andr. Rudiger angewiesen habe, die Wahl des Decans Dr. Johann von Weissenbach zum Bischof feierlich auszusprechen. Hiernächst sei von ihnen *Te deum laudamus* angestimmt und in herkömmlicher Weise die erfolgte Wahl dem versammelten Clerus und dem Volke durch M. Marcus Sculteti Probst zum Hain verkündigt worden. Sie bitten nun vereinigt um Bestätigung dieser canonisch vollzogenen Wahl unter Uebersendung des von ihnen eigenhändig unterschriebenen über die Wahlhandlung aufgenommenen Protocolls. Acta sunt haec — praesentibus — Johanne Spitzhan de Muchel, oculo decani et perpetuo, et Vincentio Rodis temporali vicariis ecclesiae Misn. testibus etc.

Et ego Johannes Wayner de Alßfeld clericus Maguntinensis diocesis sacra imperiali auctoritate notarius etc.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit neun kleineren Siegeln an Pergamentstreifen, in deren Mitte das grosse Capitelssiegel in gleicher Weise befestigt sich befindet. Das Schreiben stimmt mit geringen Ausnahmen mit No. 1005 und 1059 fast wörtlich überein, doch sind diesem Exemplar die eigenhändigen Unterschriften nicht beigefügt worden.

### No. 1191. 1476. 3. Mai.

*Kurfürst Ernst empfiehlt dem Cardinals-Collegium die Gesandten des Domcapitels und bittet die baldige Bestätigung des zum Bischof erwählten Dr. Johann von Weissenbach bei dem Pabste zu befürworten.*

Cum obsequio promptitudinem complacendi. Reverendi in Christo patres, domini et amici clarissimi. Cum iam pridem ecclesia Misnensis per mortem domini Theoderici eiusdem episcopi pie defuncti pastore vacaret, canonici eiusdem venerabilem Johannem de Wissenbach utriusque iuris doctorem concanonicum eorum etc. concorditer ut asseritur in episcopum elegerunt, transmiseruntque exhibitores praesentium nuntios et oratores suos ad sanctissimum dominum nostrum dominum Sixtum pontificem maximum pro confirmatione electionis huiusmodi impetranda. Verum quia praefatus dominus doctor de gente nobili patriae nostrae longo ordine defluxit morumque et virtutum praestantia adeo claret, unum ceteris idoneorem reperimus ad causas nostras gravissimas circumcirca deferendas, in quibus omnibus in honorem suum non modicum integritate usquam versabatur. Quare arbitramur, ut is ipse eidem ecclesiae multum conveniat et electio rite et salubriter in eum existat destinata. Rogamus itaque paternitates vestras reverendissimas, ut oratores praefatos habeatis commendatos consilioque et auxilio apud praefatum dominum nostrum sanctissimum adestote, ut eadem electio per sanctitatem suam gratiose confirmetur, quodque nuntii et oratores praefati quanto celerius fieri poterit expediantur. Si itaque preces nostrae apud vos commendatitiae effectum attulerint ut fieri confidimus, curabimus in conplacencia quam usquam novimus liberali affectu compensandum. Ex castro nostro Dressden die Veneris tertia Maii anno a nativitate domini etc. LXXVI.

Ernestus dei gratia dux Saxoniae sacri Romani imperii archimarschalkus princeps elector lantgravius Thuringiae et marchio Misnae.

Reverendissimis in Christo patribus dominis sacrosanctae Romanae ecclesiae cardinalibus dominis et amicis nostris carissimis.

Nach dem Concept der kurfürstl. Canzlei im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden.